



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**R. P. Christiani Mayer E Societate Iesv, Diarivm  
Meditationvm, De Præcipvis Vitæ Christi mysteriis**

**Mayer, Christian**

**Coloniæ Agrippinæ, 1635**

4. De superbia & hypocrisi Scribarum & Pharisæorum. Matt. 23.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-60091](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-60091)

## IV.

De superbia & hypocrisi Scribarum  
& Phariseorum. Matt. 23.

I. PRÆcipit Christus turbis Scribarum & Phariseorum doctrinam acceptare, opera verò eorum praua nequaquam imitari. *Super cathedram Moysi sederunt scribae & Pharisei. Omnia ergò qua dixerint vobis seruate & facite. secundum opera verò eorum nolite facere, dicunt enim & non faciunt.* Disce hinc, si Superior aut Concionator es, prius facere quam docere; si subditus es, parere cuius legitimo superiori, quamsumuis imperfecto, tanquam vicario Christi, si nihil Christo contrarium iubeat. Cæca obedientia, vita exemplaris.

II. Reprehendit arrogantiam Phariseorum, ex omnibus operibus suis humanum plausum, & inanem gloriam captantium. *Omnia opera sua faciunt, ut videantur ab hominibus. amant primas recubitus in cænis, & primas cathedras in Synagogis, & salutationes in foro, & vocari ab hominibus Rabbi. Vos autem nolite vocari Rabbi. Vnus est enim Magister vester, omnes autem vos fratres estis. Quam multi verbo has arrogantiae sordes detestantur,*

stantur, & facto tamen ipso easdem amplectuntur! Ne his coram Deo annumereris, profundissimam Christi humilitatem corde, ore & opere æmulari indefinenter contende. Horror superbiæ & vanæ gloriæ, Feruor proficiendi in intima humilitate.

III. *Acrius castigat multiplicem eorum hypocrisim, quod comedant demos viduarum, orationes longas orantes: quod deciment mentham, anethum, & cyminum, & relinquunt qua grauiora sunt legis, Iudicium, misericordiam & fidem, excolantes culicem, camelum autem glutientes: quod mundent id quod de foris est calicis & paropsidis, intus autem pleni sint rapina & immunditia: quod similes sint sepulchris dealbatis, qua à foris parent hominibus speciosa, intus verò sunt plena ossibus mortuorum, & omni spurcitia, sic & illi à foris parent hominibus iusti; intus autem pleni sunt hypocrisis & iniquitate. Quis has exprobrationes mansuetissimi Saluatoris, & Doctoris infallibilis veritatis scrutantis corda & renes audiat, & quicquid Pharisæicam hypocrisim olere videatur, non exhorrescat? Horror hypocrisim olere videatur, non exhorrescat? Horror hypocrisis, amor simplicitatis & sinceritatis, cura puræ intentionis.*

De